Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1785
Quelle:
Copyright:

Pro nouitatibus significo R. D. V. me hac hebdomada fuisse in schaffhusen, ibique comperisse &c.

Fol. LXVII. *Deliberatorius tractatus super pacifico recessu usque ad futurum Concilium.* Plenius, quam supra *fol.* 49. Vide *Coelest. suprac.*

Fol. LXIX. Sententiae *Lutheri* et *Melanchthonis*, ut *fol.* 43. sed germanice.

Fol. LXXI. Fragmentum Articulorum in Colloquio 20. Aug. ventilatorum *de discrimine Ciborum, Ceremonijs et diebus festis.* Item *de Communione sub utraque specie, Missis, Conjugatis Presbyteris et Monasteriis.* Vide *Coelest.* p. 45. *et seq.*

Fol. LXXIII. Edictum *Caroli* V. ut supra *fol.* 53. sed germanice: *Vns zweifelet nit yr seynt eyngedenck vnd tragent gutt wissenn wie sich vor jaren eyner mit namen Martin luther* &c.

Fol. LXXIX. *Compendium Confessionis protestantium principum Electoris aliorumque et eorum consortium, quam Cæsareæ M^ti. tradiderunt. et subsequentis tractatus, quem cum eis habuerunt quidam a statibus imperij deputati, quantum et in quibus simul unanimes et conformes existunt.* Incipit: *Cum igitur Confessio fidei suæ a quinque principibus* &c. In ora citantur *folia* cum *Confessionis*, tum *Tractatus.*

Fol. XCII. *Johannis* Elect. Sax. *Georgii* March. Brandeb. *Ernesti* Ducis Brunsv. *Philippi* Hassiae Landgr. et *Wolfgangi* Princ. Anhalt. Libellus supplex ad *Carolum* V. pro retinendis Concionibus suis, porrectus 17. Jun. 1530. Incipit: *Allerdurchleuchtigister* &c. *Nach dem Euer Kay. Mt. vns* gestern *zu einem abschid gegeben* &c. Extat latine *Coelestini* T. I. p. 86. sed male *hodie* pro *heri.*

Fol. CVI. *Recessus* seu Decretum a *Carolo* V. Augustae latum 1530. 22. Septembr. in caussa Religionis. Incipit: *Posteaquam Cæs. Ma^tas. Generalem dietam et Conuentum in octauum diem Aprilis* &c. legiturque *Coelestini* T. III. p. 137. sed non ad verbum.

Fol. CX. Articuli jam allati *foll.* 4. et 67. sed germanice.

Fol. CXII. Epistola *fol.* 61. indicata ad *Fabrum*, sed iterum germanice.

Fol. CXIV. Exemplum germanicum *recessus*, quod habetur latinum *fol.* 106.

Fol. CXXX. Epitome germanica *Confessionis Protestantium*, quae *fol.* 79. latina legitur.

Fol. CXLVII. Propositiones *Lutheri* de *Fide*, de *Verbo Dei*, de *S. Scriptura*, de *V.* et *N. T.* subjuncto ubivis veterum Haereticorum et S. Scripturae sensu.

Nota: in hoc Codice varia ex recensitis Scriptis bis extare.

CCCCLIII.

Codex chartaceus lat. germ. 97
Sec. XVI. Folior. 243. f. rursum continet *Adversaria Johannis Fabri*